VI

Mortiferique vire vite fuerit inimice
Est ut agunt veteres in his polus ipse coheres
Parte negrum quadam sicut meruit vetus adam
Ex alia parte medica prestantior arte
Morbos tollit acres et sanos tollit alacres
Absque dolo sceleri facit hec intentio dei
Diuaque precepta peragit virtute recepta
Fiunt idcirco sic moris est sine vicio
Effectu celeres in curis empirice res
Hec si conciperent nec abusive referrerent — Iterum invehitur in medicos
Quidam non parerent tot scandala sed nec egerent
Nam si virtutis renovando vocabula morbis
Dant visum cecis sic et hijs resolutio feris
Et pijs humorum reddit vis empicorum
Auditum surdis solis dare tale datur dijs
Dat gressum claudis si vult natura subaudis
Quod si non gaudes cura curare quid audes
Ipsaque quandoque refugit curas ideoque
Exhibita cura prostrata gemit paritura
Plebs amat empirica quia nulli sunt inimica
Sed pudor est medicis quod adest inequalis vicis
Consona facta fora laxant in laudibus ora
Hic libet ut mandem quod mens declaret eandem
Et restitui claudam per nigra sequentia causam